Universidad de Deusto
Biblioteca

LOPEZ
REPORTO
DELASSIE


PARTIDA

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

SEV REPERTORIVM MATE-

riarum ac vtriusque iuris decisionum quę in singulis Septem Partitarum glosis continentur: Copiosissimè atque luculentissimè concinnatum, per Licenciatum Gregorium Lopez à Touar.



VALLISOLETI,
Apud Didacum Fernandez a Cordoua
Tipographum Regis.
1588.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX MATERIARVM,

quae in singulis septem Partitarum glosis tractantur, compositissimo, atque exactissimo ordine digestus per Licentiatum Gregorium Lopez a Touar.

A.

ABBAS non potest concedere indulgentias, glo.2. l.45.tit.4.part.1.

Abbas an possit monachum officialē de officio remouere quando voluerit, glos.6.l.16.titulo.7 partita.1.

Abbas debet compelli, vt consentiat & licentiet monacho, vt ex causa curam animarum habeat. glo. 2.ad fin.l.25.tit.7.part.1.

Abbas regulariter non tenetur ire ad synodum, & quando sic, vid.glo.8.l.2.tit.12.part.1.

Abbas potest vendicare monachum cum omnibus per eum acquisitis, vide glo.2.l.31.tit.7.part.1.

Abbas monasterij exempti si præstiterit episcopo obedientiam, illud non sufficit ad transferendā possessionem subiectionis, gl.4.l.3.tit.12.par.1. Nec totus conuentus sufficiet, quo ad Papæ præiudicium qui ibidem habet subiectionem, vide ibidem.

Abbas an possit sibi eligere sepulturam, vide glo.5.l.5.tit.8.part.1.

Abbas & capitulum si condemnētur, qualiter sententiæ executio fieri debeat, vide glo.2.l.4.tit.27.part.3

Abbas an teneatur si videric res penes monachum suum depositas perire vel subtrahi & cum possit non obuiabit, vide gl.4.l.3.ti.3.par.5

Abbas non tenetur ex delicto sui monachi, d.glo.4.d.l.1. ti3.par.5.

Abbas factus episcopus si propter suam turpitudinem ab episcopatu fuerit remotus, non recuperabit abbatiam, nisi illud specialiter impetrauerit, vid gl.4.l.5.tit.24.par.4.

Abbas tenetur adire hæreditatem monacho relictam, & ipse poterit petere tempus ad deliberandum, vtrum adeat vel non, vid.gl. 7.l.1. titulo 6.par.6.

Abbas an admittatur ad defensionem sui monachi qui delictum commisit, vide gl.2.in fi.l.10.tit.1.par.7.

Abbas si sit nominatus executor vt alicuius bona distribuat inter pauperes, an possit eligere suum conuentum, vide glos.2.vbi quamplura in l.3.tit.10.par.6.

Abbas nomine monachi iniuriati actionem iniuriarum intentare debet, vide gl.3.l.10 tit.9.par.7.

Et quid si iniuria monacho facta leuis sit, vide ibidem.

Abbas potest monachum suum perquirere in quibuscunque domibus velit, vide gl.2.l.24.tit.14 par.7.

ABBATISA potest permittere monialibus, vt lucrum manuum suarum in proprios vsus conuertant, nec per hoc dicentur habere proprium, vide gl.2.l.14.tit.7.par.1.

Abbatissa an capiatur pro debito sui monasterij, vide gl.1.in fi.l.4. titulo 15.par.5.

ABIGEVS qui proprie dicatur, & de ipsius pœna, & quando, & qualis sit dari debeat, vide gl.1.& 2.l.19.per text.ibi.tit.14.par.7.

Et in quo numero debeat furari vt proprie furtum dicatur, vide ibidem in gl.3.4.& 5.per text.ibi.

Abigeus qualiter, & in quibus a fure differat, vide gl.8.cum alijs ibidem in dict.l.19.

ABOLITIO, & an, & quando possit accusator cum licentia iudicis per abolitionem ab accusatione desistere recepta pecunia vel non, vel cum causæ cognitione, & intra quantum tempus istud facere possit, vide gl.1.19.tit.1.par.7.

Abolitio an habeat locum quando processus fuit publicatus, vide glo.4. in fin.d.l.19 tit.1.par.7.

Et quid si testes iam sint examinati cum tortura, vel sine ea an tunc partes per abolitionem ad concordiam deuenire possint, vide glos.5.ibi per illum textum.

Abolitio publica quæ dicatur, & an generalis obolitio porrigatur ad carceratos, vide gl.1.l.1.tit.32.par.7.

Abolitio pœnæ debet fieri præmissa satisfactione partis læsæ, vide glos. 5.d.l.1.

ABORTVS si mulieri prægnauti succedat culpa ipsius an & quando, & qualiter puniatur, vide gl.1.l.8.tit.8.par.7.per tex.ibi.

Abortus si sequatur culpa mariti, qualiter ipse puniatur, vid.gl.d.l.8.tit. 8.par.7.

Et quid si culpa alterius prouenisat, vide ibi.glo.6.& 7.

ABBREVIATVRAE non debent extendi per notarium Regis, vide glo. 6.l.18.tit.9.par.2.

Abbreuiaturæ per notario in instrumentis poni non debent, vide glos. 1.& 2.l.7.tit.19.par.3.

Et quid si fine significatiuæ numeri, vide d.gl.2.l.7.

Et qualiter istud de abbreuiaturis intelligi debeat, vide ibidem.

ABSENS potest excommunicari, vide gl.2.l.21.tit.9.par.1.

Et an illi possit beneficium dari, vide glos.3.per tex.ibi.l.7.ti.16.p.1.

Et an sibi ius fratum quæratur ad illud, mediante persona procuratoris eū generali vel speciali mandato, vide ibidem.

Et an absenti conferens beneficium nulla persona mediante pœnitere possit an requam absens accepiet vel non, vide ibidem.

Absens cum licentia percipiet fructus sui beneficij ea durante, sed distributiones quotidianas non glo.1.l.16.tit.16.par.1.

Et idem dicendum est in officialibus percipientibus salaria de publico, si otiose non fuerint morati, vide ibidem.

Absens sine iusta causa non debet beneficijs priuari, si postea superuenit impedimentum iustum, non redeundi etiam si se absentauerit sine episcopi licentia, vide gl.5.d.l.16.

Absenti debet dari curator & suis bonis, si de proximo venire non speratur, & quid si culpa sua absit, gl.1.l.12.tit.2.par.3.

Absens si sit arbiter votum suum non dabit per scripturam, vide glo.2.l. 32.tit.4.par.3.

Et an allegans causas absentiæ alicuius satisdare teneatur, quod illum representauit in iudicio finita causa absentiæ, vide gl.7.l.12.tit.5.par.3.

Et quas causas absentiæ allegare debet & quas non, & an iuris vel facti. vide in d.gl.7.& 8.ibi.

Et an sufficiat iuramentum allegantis, vide ibidem gl.9.

Et quid si iudex allegata & probata absentia iusta alicuius vlterius procedat, vide ibi in gl.10.

Absens an debeat citari ad domum, & an hæc citatio in presenti locum habeat, vide gl.5.l.4.tit.7.par.3.

Absentes causa reipublicæ patiuntur primum decretum, sed non secundum gl.3.l.4.tit.8.par.3.

Absens causa reipublicæ quis dicatur, glo. 1.l.10.tit.23.par.3.

Et quando isti vel aliter absentes ad appellandum admittantur multum tempus post sententiam, quando iustam causam habuerunt, vide glos. l.10.& gl.l.11.& 12.tit.13.par.3.

Absens ex causa probabili tantum, vel necessaria tantum, vel probabili & necessaria simul quis dicatur, gl.1.l.15.tit.23.par.13.& gl.1.l.28.titulo 29.par.3.

Absens ex causa probabili, an possit post tempus appellare a sententia, etiam restitutione non petita, vide gl.3.l.11.tit.23. par.3.

Absens ex causa si procuratorem non dimiserit, an possit appellare & se restituere, & quando, vide gl.4.l.10.& gl.4.l.11. tit. 23. par.4.

Absens ex causa probabilitatum, vel ex causa necessaria tantum, an & in quibus æquiparentur, vide gl.6.d.l.11.tit.23.part.1.

Absens si sit sponsus, an & quando eius sponsa possit petere licentiam cōtrahendi cum alio, & quantum tempus debeat eum expectare, vide gl. 2.& 3.l.8.ti.1.par.4.

Absens & si absenti aliquid donetur ex quibus talis donatio perfecta esse dicatur vel non, vide gl.1.l.4.per tex.ibi titulo 4.par.5.

Et præsumitur absenti a donatarij si de acceptatione donationis non appareat vel de re simili, vide d.gl.11.colum.1.

Et an hodie per leges ordinamenti donatio licite fiat in absentem sine alio requisito, vide d.gl.11.col.1.ad fi.

Absens etiam ex iusta & probabili causa, si condemnetur, præsumitur cōdemnatus ex contumatia quando probationes sunt liquidæ, gl.6.l.36. ti.15.par.5.

Absens non sit vendit sicut præsens, & quare, vide glo.8.l.44.tit.5.par.5.

Et an ille qui probat fuisse absentem a ciuitate tali die an præsumptiue probetur quod fuerit absens per totā illā diem, vid. gl.2.l.12.tit.11.p.5.

Absens ex iusta & probabili causa, si lædatur eo quod creditor vendit pignus illo absente an sit restituendus, vid.gl.4.l.47. tit.11.par.5.

Et quid si inter ipsum & creditorem factum sit pactum, vt si ad diem non soluerit illud vendere possit, vide ibi.

Absentes si citentur vt veniant, si nō venerint, an illud sine eis fieri possit,

vide

Universidad de Deusto
Biblioteca

vid.gl.1.1.5.tit.15.p.r.5.
Absentes creditores citari debent, quando tractatur de remissione partis debiti, vide glo.4.l.6.tit.15.part.5.
Absens & infans æquiparantur, vide.glo.1 1.l.13.tit.6.part.6.
Et qualiter procedi debeat contra accusatorem absentem nollentem comparere, vide glo.2.l.17.per tex.ibi tit.1.part.7.
ABSOLVERE potest Papa quemlibet excommunicatum, glo.2 3.l.5.tit.5.part.1.
Absoluere quis possit intrantibus monasteria monialium, gl.2.l.36.titulo 6.par.1.
Absolutus ad aliquod tempus interim appellare non potest, vide gloss. 5.in fi.l.21.tit.9.par.1.
Absolutionis forma quæ sit, & an iuramentum sit de substantia absolutionis, vide.gl.1.l.26.tit.9.par.1.
Absolutus ab excommunicatione recepta sufficienti cautione si non impleatur, an videatur in excõmunicationem re incidere, vide ibi.gl.2.
Absolutio tenet etiam, si forma a iure data non seruetur, & quid si detur forma ab homine, vide glo.4.l.26.tit.9.part.1.
Absolutio peti potest per procuratorem, & qualiter. vid.d.gl.4.
Et an per nuntium, vide ibidem.
Absolutio an detur absente eo ad cuius querelam quis fuit excomunicatus, vide ibidem.
Absolutio excommunicationis potest probari per literas vel per testes, vide ibidem in fine.
Absolui non debet ab alio excommunicatus ab episcopo, nisi a superiore glo.1.l.29.tit.9.part.1.
Absolutus a Papa ab excommunicatione, si penitentiarius illum absolutum remittat nulla expressa causa excommunicationis a qua eum absoluit, an habeatur pro absoluto, vide glo.4.l.20.tit.9.part.1.
Absolutus præsumitur quis in dubio eo scilicet, quia non fuit bene probatum, glo.1.l.24.tit.2.part.3. & glo.3.l.1.tit.14.part.3.
Absolutus diffinitiue potest de eius crimine iterum cognosci, & quando, vide, glo. 1 1.l.12.tit.14.part.3.
Absolutio an peti debeat a minore enormiter læso, si iurauit non contra uenire, vide glo.4.l.59.tit.8.part.3.
Absoluens illum quem ad mortem condemnare debuerat, vel minorans ei pœnam, an ad eandem teneatur, vide glo.3.l.25.tit.22.par.3.
Absolutus vel condemnatus per sententiam, an de eodem delicto iterum accusari possit, & quando, & ex qua causa, vide glo.l.12. per tex.ibi.tit.1.part.7. & glo.1.20.tit.23.part.3.
Absolutus per baptismum, an liberetur a pena temporali & spirituali, vide glo. 1.d.l.12.
Et quid si non fuit iuste absolutus, vel non fuit sufficienter punitus, vide dict.glo.1.in fine.
Et quid si fuit absolutus per suum iuramentum, an iterum accusari possit vide ibidem in glo.2.
Et quid si sit absolutus non per viam sententiæ, sed per viam dispensationis denuntiationis, exceptionis vel inquisitionis, & an tunc requiratur citatio, vide glo.2.supra dict. & gloss.3.ibidem.
Et quid si aliqua qualitas delicti in prima accusatione omissa sit, vide ibidem in gloss.4.
Absolutus per sacerdotem, an euitet penam ciuilem pro delicto, vi.gloss.2.l.4.tit.28.par.7.
Absolutio ab excommunicatione propter hæresim, soli Papæ hodie est reseruata, glo.11.l.11.tit.5.part.1.
Absolutionis ab anathemate forma, vid.gl.l.27.per text.ibi.tit.9.part.1.
Absoluere non debet episcopus excommunicatũ a suo subdito sine emendã, & sine excommunicationis scientia, gl.5.6 & 8.l.24.tit.9.p.1.
Absoluere potest quilibet sacerdos excommunicatum pro violenta manum iniectione in clericum si sit constitutus in mortis articulo ibidem.
ABSTINENTIA dicitur mater sanitatis, vide gl.3.l.5.tit.7.par.2.
ABVNDANTIA ciborum quæ damna secum afferat, gloss.fin.l.36.tit 5.part.1.
Abundans cautela non solet nocere, gl.1.l.12.tit.1.part.6.
ACCELERATIO in quibuscunque rebus faciendis est reprobata, vide glo.2.l.16.titul.8 part.5.
Accelerario est omnium malorum argumentum. vide ibidem.
ACCEPTATIO sola an impediat reuocationem mandati, vide gloss. vid.5.tit.14.part.5.
Acceptare hæreditatem, de hoc vide infra in verbo ADITIO & verbo HAERES & HAEREDITAS.
ACCEPTILATIO facta eo prodesti fideiussori, & contra, vide gl. 1.l.11.tit.15.part.5.cum sequentibus.
Et quid si facta sit ex causa onerosa, vide ibidem.
Nõ tamen prodest si in acceptilatione versetur dolus ex parte vtriusque vide ibidem.
ACCESSORIVM aliquando cedit suo principali, etiam si tale accessorium sit nobilius, vide glo.13.l.68.tit.18.part.3.
Accessorium non debet confirmare principale, vid.glo.5.col.1.l.2.titulo 12.part.6.
ACCESSVS simul cum agro venditus, quid verbum illud in venditione possium importet. glo.4.l.56.tit.18.part.3.
Accessus ad fundum semper venit vbi venditur vsusfructus, qui a lite si ne tali accessione esset inutilis.d.gl.4.
Accessio per aluuionem, an ad vsufructuarium vel emphyteotus pertineat, gl.2.l.30.tit.28.par.3.
Et an talis accessio communicetur inter virum & vxorem, gl.3.d.l.30.
ACETVM aptissime extingit ignem, & quæ sit de hoc ratio, vid.gl.a in fin.l.3.tit.16.par.3.
Acetum si vendatur pro vino, an venditio teneat, glo.1.l.21. per tex.ibi titul.5.par.5.
ACOLITVS quis dicatur, gl.3.l.11.per tex.ibi. tit.6.par.1.
Et quod sit eius munus, vide ibidem cum sequentibus.
ACQVIRERE in rutu personæ vel dignitatis quando dicatur, vide gl.2.l.5.tit.21.par.1.
Acquirere dominium, vide verbo DOMINIO & verbo HAEREDITATEM.
ACCRESCERE & qualiter nobilis acrescant aliqua per aluuionem, vide gl.1.& 2.l.28.par.3.
Et an talis accessio pertineat ad vsufructuarium emphiteotam, vel fructuarium, vide gl.2.& 3.l.30.ibidem.
Et an talis accessio debeat communicari inter virum & vxorem, vid.ibi.
Et quibus & quando, & ex quibus causis detur ius acrescendi inter eos quos, vid.gl 6.l.33.tit.9.par.6.
ACTA procuratoris reuocati, an debeant ratificari cum nouo procuratore constituto an vero sine ratificatione firma remaneant, vid.gl.1.l.24.tit.5.par.3.
Acta publica dicuntur quando sunt præsente iudice & tabellione, vide gl.1.l.54.tit.18.par.3.
Acta verum præcessisse præsumantur, si iudex illud narrat in sua sententia, vid.gl.2.l.109.tit.18.par.3.
Acta iudicij inspicere debet iudex antequam ad instantiã rei contra aliquem contumacem veniat per sententiam, vid.gl.4.l.9.tit.22.p.3.
Et quæ acta pereant quæ vero non, vide ibidem.
Acta iudicij gesta cum actore an prosint singulari successori, vide glo.15.l.19.tit.22.par.3.
Acta desiderant iudicis præsentiam, & quid si donatio excedens 500. aureos fiat in actis, an debeat insinuari, vid.glo.16.l.9.tit.4.partit.5.
Acta iudicij faciunt rem certam, vid.glo.2.l.11.tit.4.par.5.
ACTIO si generaliter fuit proposita, & per se quæstio sit specialis proponens ad aliam actionem redire possit, vid.glo.5.l.25.tit.2.p.3.
Actio debet semper proponi coram iudice rei, & quare, & in quibus casibus non, vide glo.2.cum sequenti.l.32.per tex.ibi tit.2.part.3.
Actiones sunt introductæ de iure ciuili, glo.1.l.32.tit.18.part.3.
Actio an cedi possit in absentem, & quando, & an in tali cessione requiratur titulus, vide glo.1.l.64.tit.18.part.3.
Et an cessa actione ille in quem ceditur possit damna petere siue pœnas vel expensas, vid.ibi glo.6.
Et an cessa actione videatur cedi ius fori, vide ibi.
Et an cessa contra vnum ex reis debendi contra reum cessa videatur, vide d.glo.6.
Actio qualis intentetur quando sententia pro aliquo fertur contra eum, vide glo.18.l.19.tit.22.par.3.
Actio quam aliquis habebat contra aliquem amittitur si velit iudicem rõpere, & an per sententiã illã amittat, an ipso iure. gl.3.l.26.tit.22.p.3.
Actio qualiscunque sit tollitur spatio.30. vel.40.annorum, vide gl.plum.2.quæst.4.l.10.tit.26 par.4.
Actio quæritur, si alius altero pecuniam nomine meo numeraverit, glo 2.l.2.per tex.ibi tit.1.part.5.
Actio qualis intentari possit contra monachum recipientem depositum vid.gl.4.l.3.tit.3.part.5.
Actio qualis detur contra emptorem qui fructus est re, si dicat non fuisse pretium vel contra locatorem, vide glo.1.l.1.tit.5.part.5.
Et an tunc succedat arbitrium boni viri, vide ibidem.
Actio non nouatur per stipulationem pœnalem ex vendito ad reuendidum, glo.5.l.42.tit.5.part.5.
Actiones an iudicentur inter mobilia vel immobilia bona, vide, gloss. quæst.1.in fin.l.55.tit.5.p.5.
Actio ad communicandum competit socio, quando suus socius rem aliquam quisiuit proprio nomine, d.glo.2.in quæst.4.
Actionem an consequi possit aliquis contra alium ex improbitate sua glo.2.l.8.tit.10.part.5.
Actio an detur domino in subsidium procuratorem mortuo fine hærede, vide glo.l.8.tit.11.part.5.
Actio cedendarum actionum quando fideiussori soluenti competat, & quando non, & contra quem, & quando contra tertium possessorem detur, vid.glo.1.l.11.tit.12.part.5.
Et qualis actio debeat cedi contra confideiussores, & an insolidum, vide glo.5.d.l.11.
Actio qualis detur mutuanti pecuniam alicui ob faciendam vel reficiendam domum, vide gl.9.l.26.tit.13.par.5.
Actio quando consistit ex duabus causis simul iunctis, tunc a postremo actu quo est perfectio formæ fit exordium, glo.3.in fi.l.27.tit.13.par.1.
Actio qualis detur contra hæredem sponte adeuntem hæreditatem si restituere tenetur per fideicommissum, & quid si coactus adeat, gloss.12.l.14.tit.5.part.6.
Actiones competentes Regi vel fisco quo tempore præscribantur, vide glo.8.l.10.tit.19.par.6.
Et quando duplex actio vni competit. est in eius electione vnam vel aliã intentare, vide gl.6.l.10.tit.14 par.7.
Actio qualis detur contra hospitatores, vel barbitonsores, ex quorum culpa damnum subsequutum fuit, vide glo.l.26.& 27.tit.15 p.7.
Actio & exceptio an eodem modo & æqualiter procedant, vide gloss.3.l.7.tit.25.par.7.
ACTIO oritur etiam in arbitramento, si expresse vel tacite sit emologatum per transuersum decem dierum, gloss.4.l.26.ti.4 par.3.
Actio an oriatur ex promissione in diem & qualis, licet effectus exactionis suspendatur, vide gl.2.l.12.tit.11.part.5.
Actiones oriuntur ex maleficijs & ex communi delicto oritur ciuilis seu prosecutoria actio, gl.1.l.13.tit.14.par.5.
Actio in factum oritur ex quocunque crimine ex quo oritur accusatio, vide glo.1.l.13.tit.14.par.5.
Actio duplex oritur ex iniuria alicui illata vna reipublicæ, altera parti, gl.1.l.13.tit.14.par.5.
Actio competit cuilibet de populo super pascuis publicis. gl.1.l.10.ti.11.par.3.& ibi.gl.2.
Actio qualis competat illi qui expulsus possessionem suam amisit, vide glo 5.l.17.tit.30.prr.3.
Actio an competat malæfidei possessori qui rem restituit neque retinuit rem pro expensis necessarijs in re factis, vide gl.l.44.tit.28.par.3.
Actio qualis competat commodatario pro consequenda re, pro qua præium domino soluit eo, quia fuit deperdita, vide gl.1.l.8 tit.2.part.5.
Actio personalis an præscribatur cum malafide, vid.gl.2.d.22.ti.29.pa.
Actio personalis quanto tempore præscribi possit contra ecclesiam, vide gl.2.l.26.tit.29.par.3.& gl.1.l.22.ibi.
Et quid in actione publicana, vid.ib.in gl.3.
Actio aquæ pluuiæ arcendæ an competat, licet aqua ex alio fundo naturaliter cadat, si immoderate vicinus lædatur, vide gl.2.l.14.ti.32.p.3.
Actiones annales an remaneant in statu suo contra ecclesiam. vide gloss. 6.l.22.tit.29.part.3.
Actio rescissoria an simul possit intentari, vt vsu captione rescisa restituatur aliquis, vide gl.6.l.28.tit.29.part.3.
Actio depositi, an & quando contra monachum possit intentari, vide gl. 4.l.3.tit.3.part.5.
Actio depositi contraria quando detur, & an in ea veniat leuissima culpa, vide gl.2.l.10.tit.3.par.5.
Actio exempto si competat contra venditorem ex aliqua causa, an tunc contra cum iuretur in litem, vide glo. 6.l.14.tit.5.part.5.
Actio an acquiratur alteri per alterum, & quid de iure ordinamentorum gl.l.48.tit.5.par.5.
Et si vnus vendat actionem suam quam habet extraneo, an consors illius iuris admittatur ad partem consortis in quancunque actione, vide gl.2.quæst.ad fi.l.55.tit.5.part.5.
Actio bonæ fidei oritur ex permutatione & iuratur in litem, glos.7.l.3.tit.6.part.5.
Actio bonæ fidei dicitur pignoratitia, & in ea iuratur in litem, glo.6.l.21.tit.13.part.5.
Actio an sicut de iure canonico oritur ex pacto nudo ita oriatur ex pollicitatione ad voti similitudinem per legem ordinamenti, vide gloss.3.in medium.l.21.tit.11.par.5.
Actio mandati quæ dicitur, contraria quæ dicatur, vide gl.1.l.20.per textum ibi.tit.12.par.5.
Actio negotiorum gestorum an habeat locum quando quis facit actum contemplatione sui, vide gl.4.l.41.tit.28.par.3.
Actio negotiorum gestorum datur maleficij possessori pro recuperandis expensis in re eo modo ab eo possessa, & quando, vide glo.2.l.44.tit.28.part.3.
Actio negotiorum gestorum vbi datur, ibidem etiam datur actio de in rẽ verso, vide gl.6.l.28.tit.12.part.5.
Actio negotiorum gestorum, & an quando detur mandatario quando alterius negotium gessit, vide gl 1.21.tit.12.par.5.
Actio negotiorum gestorum tunc locum habet, quando negotium fuit cõpletione illius cuius negotiũ geritur, vi.gl.1.l 27.ti.12.p.5.
Actio negotiorũ gestorum datur soluenti pro alio, vid gl.6.l.3.ti.14.p.5.
Actio quanto minoris quæ sit & quotuplex vide glo.7.l.67.tit.19.p.3.
Et actio quanto minoris ciuilis & prætoria in quo differunt, vide glo.9.l.65.tit.5 part.5.
Actio quanto minoris & aliæ personales actiones an remaneant in statu suo contra ecclesiam, vide gl.6.l.26.tit.29.par.3.
Actio quanto minoris competit emptori, quando tempore venditionis sibi non fuit dictum de seruitute quam illa res debebat, quam ipse venditor ignorabat, vide gl.3.ad fin.l.63.tit.5. part.5.
Actio quanto minoris ciuilis in quo differat ab actione quanto minoris prætoria, vide per gl.4.l 64.ibidem.
Et an ista actio sit perpetua & pro quibus sic esse, vide ibi glo.10.
Actio de in rem verso vbi datur, ibi etiam datur actio negotiorum gesto rum, gl.6.l.28.tit.12.part.5.
Actio redhibitoria datur contra venditorem qui vitium rei venditæ tacuit, vide gl.3.& 4.l.64.tit.6.part.5.
Actio redhibitoria quæ dicatur vide glo.6.l.65.tit 18.par.3.
Et redhibitio debet fieri cum fructibus, gl.6.l.(5.tit.5.par.5.
Actio redhibitoria & aliæ actiones annales, an remaneant in statu suo cõtra ecclesiam. gl.6.l.26.tit.29.par.3.
Actio redhibitoria propter vitia animi non datur, & an propter dolum venditoris qui sciens vitium seruisui illud tacuit, vi. gl.1.l.64.ti.5.p.5.
Actio redhibitoria, an detur pro libro corrupto, vel pro iuribus, vid.gl. 1.l.65.tit.5.par.5.
Actio redhibitoria non datur pro paruis, vide ibidem in gl.2.& pro quibus vitijs, vide ibi gl 3.
Et an ista actio sit perpetua & quando, vide ibidem in glo.10.
Actio pignoratia contra quem detur, & quæ culpa in ea veniat, vide glo. 5 cum alijs.l.20.tit.13.par.5.& gl 5.& 10.l.21.ibi.
Actio pignoritia est bonæ fidei & in ea iuratur in litem, vi.gl.6.d.l.21.
Actio pignoratitia contraria debet emptori pignoris dati contra debitorẽ, neque talis actio ad eum transijt sine cessione, vid.gl.4.l 50.ti.13.p.5.
Et an in actione pignoratitia veniat dolus leuis & lata culpa, vi gl.5.l.20.tit.13.part.5.
Actio ad vindictam non transmittitur nisi lite contestata, nec in hoc datur restitutio gl.11.l.25.tit 1.par.7.& gl.l.23.per tex.ibi.tit.9. par.7.
Et quando agatur ad vindictam habita consideratione damnorum, vel interesse, vel non, vid.d.gl.11.d.l.25.
Actio ad exhibendum non competit pro re mobili, gl.2.l.16.tit.2. p.3.
Actio ad exhibendum an competat & adiungi possit cum rei vendicatione, vide gl.3.
Actio ad exhibendum an habeat locum in rebus iam immissis in ædificio alterius, vide glo.8.d.l.16.
Et quid si ipse qui immisit velit, vide ibidem.
Et an possit appellari super actione ad exhibendũ, vide gl.5.l.20. ibi.
Et an in hac actione habeat locum vsucapio, vid.gl.2.l.22. ibidem.
Actio de dolo datur, quando factũ non est repetibile, quãdo ob aliquid faciendum aliquid datum fuit, si non fit factũ, vid.gl 1.l.45.ti.14.p.5.
Actio de dolo, quibus & quando, & contra quos detur, & qualiter, vide glo.1.3.4.5.6.7.& 8.tit.16.par.7.
Actio de dolo an & quando transeat in hæredes, vide gl.3. d.l.3.
Actio de dolo qualiter, & intra quantum tempus intentari debet, vide gl.d.l.6.per tex.ibi.
Actio & exceptio an eodem modo æqualiter procedant, vide gl.3.l.7.ti.25.par.7.
Actio pœnalis an & quando, & in quibus delictis sit transitoria ad hæredes, & pro qua parte, & qualiter vide gl.l.25.per tex.ibi.ti.1.part.7.
Et qualiter hæredes teneantur tunc, & pro qua parte, vide ibidem in glo. 7.9.& decima.
Actio iniuriarum oritur duplex ex iniuria alicui illata, vna reipublicæ, altera parti, vide gl.1.in fin.l.13.tit.14. part. 5.
Actio iniuriarum, vide in verbo INIVRIA & verbo INIVRIANS.
Actio furti an detur contra furem, etiam extra locum vbi furtum commissit, si ibidem cum furto reperiatur, vel fine, vide glossam primam, legis.4.tit.decimo quarto. part.7.
Actio furti contra quem detur, vel non: vide glo. dict.legis quartæ.per textum ibi.
Actio furti an detur contra consulentem furtum fieri, & quando, & qualiter, vide gl.1.d.l.4. per tex.ibi.
Actio furti an detur contra tutorem qui rem pupilli dolo subtraxit, vide gl.1 & 2.l.5.per tex.ibi.tit.14.part.7.
Actio furti an detur contra tutorem ratione doli præsumpti, vide d gl. 1.d.l.5.
Actio furti an detur contra hospites qui gratis aliquem in domum suam receperunt, si illi aliquid furatum fuit, vid.gl.1.l.7. per illum text.titu. 14.par.7.
Actione furti an teneatur ille qui seruum vel filiũ alicuius ad furandum induxit, si res ab ipsis furetur domino scienti & consentiente, & an ide

Universidad de Deusto
Biblioteca

infrarem dicendum sit, vide glossam primam, & secundam. l. 8. per text. ibi tria 14. par. 7.

Actio furti an detur creditori aduersus debitorem, quādo ipse ei pignus sibi datum furetur, vel si cum in eius potestate remaneret illam alienauit, vel aliter contractauit, vide gl. l. 9. per tex. ibi. tit. 14. par. 7.

Actio furti an detur creditori quando pignus alicuius debitoris furatū fuit, vel an ipso debitori detur, vide ibi. gl. 6.

Et an tunc creditor ex actione furti aliquid lucrare possit, vide ibidem in glo. 7. & 8.

Actio furti an detur contra fulonem vel officialem qui rem alicuius suscepit, vt ex ea aliquid faceret si postea dicit illam sibi furatam, vi. per glos. 1. & 2. cum alijs ibi. l. 10. tit. 14. p. 7.

Actio furti an detur fullonicui res sibi data furata fuit, vel an ipse rei domino, vid. ibi. in gl. 4. & 5.

Actio furti an detur commodatario vel commodanti, quando res commodata furata fuit, & an si commodator elegerit illam vni petere potest ad alium postea redire, & quando, vide gl. l. ut. tit. 14. part. 7.

Actio furti an depositario rei detur contra furem quæ illam sibi furatus est vel domino, & qualis detur vtrique, & qualiter, vi. gl. l. duodecimæ, ibi per illum textum.

Et an eadem detur vsufructuario rei, si res in qua vsumfructum habet, furetur. vide ibi. gl. 6. & 7. per illum texeum.

Actio furti an detur colono partiario, vel qui nummis colit contra furē, vide dictam glossam septimam. d. l. 12. per tex. ibi. ti. 14. par. 7.

Et quid si fructus erant collecti vel non, & quid si adhuc inter ipsum & domino non erant diuisi, vid. ibi. gl. 8. & 9.

Actio furti an detur legatario cui res sibi legata furata fuit ante quam sibi traderetur, gl. 4. l. 13. ibi.

Actio furti an detur contra officiales Regis monetam expendentes præter Regis voluntatem, vel contra monetarium facientem pro se monetam bonam, vel metallum petius meliori immiscendo, vide gl. l. 14. & 15. tit. 14. par. 7.

Actio furti an detur contra furantes ligna, & afigentes domui suæ, vide per gl. 2. l. 3 6. ibi. per illum tex.

Actio furti an detur contra minorem, furiosum, vel furem domesticum & quando sic, & qualiter, vid. gl. l. 17. ibi per illum text.

Actio furti an detur contra filium seruum vel vxorem quando fuit in magna quantitate, vid. gl. 6. d. l. 17.

Actio furti an detur domino rei furatæ contra receptatorem latronis, vide. gl. 14. l. 18. ti. 14. par. 7.

Actio de pauperie vtilis an & quando detur contra dominum feræ si nō detinet ligatam, gl. 8 l. 23. tit. 15. par. 7.

Actio de pauperie tantum datur, quando animal nocuit contra naturam sui generis, gl. 4. l. 24. ibi.

Actio de pauperie deber dari ad solutionem totius damni, vel ad dandū animal pro noxa, vide d. gl. 4. d. l. 24.

Actio legis aquiliæ vel damni infecti non datur propter damnum procedens ex contractu gl. 2. l. 1. ti. 15. par. 7.

Actio legis aquiliæ vel damnum infecti vt locum habeat requiritur quod ibidem dolus vel culpa præcedat. d. gl. 2. d. 3.

Actio damni dati vel legis aquiliæ an detur commodatario, & quādo, vide gl. 5. l. 2. tit. 15. p. nt. 7.

Actio legis aquiliæ vel damni infecti cui & contra quem detur, & coram quo iudice intentetur. vide gl. l. 2. & 3. ibi per illum tex.

Actio legis aquiliæ vel damni dati, an legatario detur quando in re sibi legata damnum datum fuit, vide glo. 8. d. l. 2. per tex. ibi. vide infolio. 1. addito. par. 1.

Actio damni dati quando contra iudicem detur vel non, vide gloss. l. 4. per tex. ibi. titu. 15. par. 7.

Actio damni dati vel legis aquiliæ an detur contra mādantem, si ille qui damnum dedit erat sub alterius potestate.

Et quando, & qualiter, vide gl. l. 5. ibidem per textum illum.

Actio damni dati datur cōtra quem libet culposum, licet det operam rei licitæ, vid. gl. l. 6. ibi. per illum textum.

Et in actione legis aquiliæ vel damni dati veniat leuissima culpa, vid. gl. 4. in principio. l. 10. tit. 15. par. 7.

Actio damni infecti, an detur contra ascendentem ignem in agro suo restilli si ex tali facto alteri damnum subest quando & quid in foro animæ, vid. gl. 4 l. 10. tit. 15. par. 7. per illum tex. ibi.

Actio damni infecti an detur contra vicinum destruentem domum sui vicini causa ignis cum impetu aduenientis, vide gl. 2. l. 12. per text. ibidē titu. 15. par. 7.

Et an tunc cultus vel vicinia teneatur contribuere pro reparatione talis domus sic destructæ, vide. d. gl 2. l. 12.

Actio damni dati qualiter detur quando plures simul percusserunt, vel damnum dederunt, vide glo. 4. l. 15. ibi.

Et quid si damnum soluatur ab vno ex eis, an cæteri liberentur, & qualiter, & an damnum reci iens etiam tunc cōtra illos agere possit, & qua liter, vide gl. 2. d. l. 15. per tex. ibi.

Actio legis aquiliæ vel damni dati qualiter detur contra negantem, vide gl. 12. & 4. d. l. 16. tit. 5. par. 7. per illum tex.

Actio legis aquiliæ an detur contra confitentem in iudicio se deliquisse cum ita non sit, vi. gl. 1. l. 17. per tex. ibi.

Actio legis aquiliæ præsens & præteritum tempus respicit non futurum vid. gl 3. d. 18. per text. ibi. titu. 15. par. 7.

Actio legis aquiliæ vel damni dati qualiter detur contra facientem in emendam ipsius, vi. gl. 4. d. l. 8.

Actio damni dati qualiter detur contra occissorem serui, qui officium habet, vid. gl. 19. ibi per illum tex.

Actio damni dati, an detur contra dominum quadrupedis mansueti, & quando non, vid. gl. 22. per tex. ibi ti. 15. par. 7

Et quid in bestiam ferocem si illa damnum dedit, vi. gloss. 8. l. 23. ibi per illum tex.

Actio damni dati, quando, & qualiter detur contra dominum gregis, quando ipsa in agrum alienum damnum dedit, & qualiter æstimetur damnum istud, vel frumentum quod adhuc erat in herba, vide glo. & alijs ibi. l. 24. tit. 15. parti 7.

Actio damni dati, an detur contra dominum ex delicto pastoris, & quando, vid. gl. 2. & 3. ibidem.

Actio dāni dati, an detur cōtra dominū domus ex qua aliquid proiectum fuit, & an ipse dās illud a familiari proficiantī recuperabit, & quid si in domo plures in habitētur simul, vi. gl. 12. & 3. d. l. 25. per te. ibi.

Actio qualiter detur contra sciendentes arbores fructiferas, & de proiectorum, vid. gl. l. 28. ibi per illum tex.

Actio & exceptio, an eodem modo & æqualiter procedant, vid. gl. l. 3. tit. 25. par. 7.

ACTOR sine actione aliquando experitur, vide gl. 3. l. 22. tit. 2. par.

Actor si non probauit, & ideo fuit condemnatus, an rei dominium amittit, vide. gl. 2. l. 28. tit. 2. par. 3.

Actor quoram quo iudice debeat suam proponere actionem, vide gl. 2. l. 2. ti. 2. par. 3.

Actor debet eligere si reus habeat plures foros, vid. gl. 17. per tex. ibi in l. 32.

Actor quoties deficit in probationibus debet in sumptibus litis condemnari quia iustam non præsumitur habuisse litigandi causam. l. 19.

Et quid si testes fuerunt reprobati non ratione delictis sed suarū personarū

Et quid si vnum tantum habeat testem, an excutiatur, vide ibidem.

Actor semper præsumitur ignorare, an reus verum vel mendatium reppererit, vide gl. 4. l. 2. tit. 3. par. 3.

Actor missus in possessionem ob rei contumaciam ex primo decreto, an possideat ante annum in reali.

Et an possit locare prædia & fructus vēdere, & ad quē agricultura & locatio spectet, & si in domo in qua missus est habitauit an teneatur pretiū habitationis vel in sortem computari. vide gl. 4. l. 2. tit. 8.

Actor missus in possessionem expellit possessorem contumacem in personali autem non, vide ibidem.

Actor missus in possessionem si deijcitur de possessione qualiter deijciatur, punitur, vide gl. 1. & 2. l. 5. ti. 8. par. 3.

Actor quo iure possit petere se mitti in contumacis possessionem, vi. gl. 11. l. 6. ibi.

Actor fructus facit suos si missus intra annum possessionem non recuperet, poterit tantum contumax etiam termino elapso agere super proprietate & intra quod tempus talem quæstionem mouere debeat, vide gl. 8. l. 6. tit. 8. par. 3.

Actor missus in possessionem, an possit petere vt pronuntietur debitum & declaretur rem esse suam, vi. gl. 8. l. 6. tit. 8. par. 3.

Actor missus in possessionem poterit petere iudici vt præcipiat vendere res in quas missio facta fuit, si solutionem magis quam incumbere possessionem velit ibi. gl. 11.

Et an isto casu reus prius citandus est in propriam personā, & an sufficiat citatio ad domum, vid. gl. 3. l. 6. tit. 8. par. 3.

Actor si occultauit exceptionem rei, an venditio facta illarum rerum quibus missus fuerat tractetur, vide glo. 14. l. 6. tit. 8. par. 3.

Actor in diuersis libellis, an possit secundum postea viam petere, & quid si in eodem libello, vide gl. 5. l. 7. tit. 10. par. 3.

Actor an possit reo petere vt iuret etiam quādo actor nihil probauit, & an reus teneatur iurare, vid. gl. 10. l. 8. tit. 11. part. 3.

Actor non probans reus absolutur & in dubio videtur quis absolutus quia actor non probauit, glo. 1. in principio. l. 1. tit. 14. p. 3.

Actor probans semel posse illum si agatur vti possidetis, an illud sibi sufficiat, vide glo. 4. l. 10. tit. 14. p. nt. 3.

Actor an contra eum debeant recipi testes & sententia ferri debeat ad instantiam rei si ipse contumax sit lite adhuc non contestata, vide glo. 2. l. 9. tit. 22. part. 3.

Actoris contumacia maior est quam rei, vid. glo. 2. d. l. 9. tit. 22. part. 3.

Actor litem non prosequens citari debet, vide glo. 3. l. 9. tit. 2. part. 3.

Actor si in aliquo casu curiæ fecit citare reum & postea non comparuit ipse citandus sit, vide. d. glo. 3.

Et instantia ista contra actorem perempta quæ probationes per eam peractæ vero non, vide ibidem in gl. 4.

Actor contumax & si pro eo lata sit sententia debet soluere eo condemnato expensas quas fecit ibi. & quales. vide glo. 6. d. l. 9.

Actor habet tria remedia contra reum absentem & contumacem lite contestata: vide glo. 1. l. 10. tit. 22. p. 3.

Actor si elegerit viam probationis si reus sit contumax possunt testes recipi & procedi ad diffinitiuam lite non contestata, vide glo. 2. d. 10. titu. 22. part. 3.

Actor eligere poterit vtrum rem vel æstimationem petat si res perdita apparet, & æstimatio soluta fuit, vide gl. 4. d. l. 19. tit. 22. p. 3.

Et an eligere debeat ante litem contestatam vel post vide ibidem.

Et quid si ante quam æstimationem soluat res inueniatur an ad solutionē æstimationis teneatur & tunc vide gl. 5. d. l. 19. tit. 22. p. 3.

Actor si se vellit restituere contra sententiam aqua non fuit appellatum ex iusta causa vel impedimento an possit sicuti potest reus vide. glo. 9. d. l. 19.

Actor qui iudicem corrumpere voluit amittit actionem suam & an ipso iure vel per sententiam, vide glo. 1. 3. & 7. l. 26. tit. 22. p. 3.

Et ideo sic puniuntur quia sunt per iuri, vide. d. glo. 7.

Actor pro quo lata fuit sententia si sentiat se in aliquo prægrauari an appellare debeat & quando si victus ab ea iam appellauit, vide glo. 1. l. 9. tit. 3. par. 1.

Et quid si contumax sit inueniendo ad audiendam sententiam, an postea appellare possit, vide ibidem in glo. 2.

Et de qua contumacia istud intelligi possit, & quid si de facto admittatur ad appellandum, vide. d. glo. 1.

Et quid si fuisset talis esset rusticus, minor, vel mulier, vide d. gl. 2. in fine.

Et quid si venit iudice adhuc sedente pro tribunali vel habuit iustam causam, vide ibidem in glo. 4.

Actor qui obtinuit ex falsis probationibus si de hoc fuerit conscius & lata sit pro eo sententia, an rescindi debeat etiam si transacti fuerint viginti anni. vide glo. 3. l. 2. tit. 26. p. 3.

Actoria an sit electio quando alternatiue sibi plura dantur remedia, vid glo. 4. l. 29. tit. 11. par. 4.

Actor constitutus a tutore ad res pupilli petendas in iudicio an valeat & teneat talis constitutio facta sine causa, vide glo. 2. l. 96. tit. 18. p. 3.

Actor an constitui possit a tutore ad vnum actum tātum, & an ad ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis ibi glo. 3.

Et an talis actor constituatur sub periculo tutoris si quid male fecerit, vi de ibidem in glo. 4.

Actor si nihil reo petierit, an reus possit contra illum querellam non numeratæ pecuniæ ponere gl. 3. l. 9. tit. 1. part. 5.

Actor post biennium petens debitum confessatum per scripturam non repellitur exceptione non numeratæ pecuniæ, vide ibidem.

Etiam si reus velit probare non fuisse sibi numeratam & quid de iure canonico, vide ibidem in gloss. 6.

Actor quam actionem intentare possit contra inuentorem rei commodatæ sibi quando ipse pro ea domino rei pretium soluit, vide glo. 1. legis 8. tit. 2. par. 5.

Et an quando rei vendicationem possit intentare, vide ibidem.

Actor an cū emptore rei suæ vel cū venditore litigare teneatur & qualiter se habere debeat, vid. gl. 3. l. 33. tit. 5. par. 5.

Actor inuicto venditor potest assumere in se litem super defensionem rei suæ asseri venditæ, vi le ibide n.

Et quid si actor dicat personam emptoris esse legaliorem & interesse sua secum litigare potius quam cum venditore vide ibidem.

Actor si plene probet culpam rune non est locus delationi iuramenti rationi coniecturarum quas reus pro se adducit, vide gl. 13. l. 15. tit. 8. p. 5.

Actor si sit negligens in contuendo fideiussorem vt reum quem in iudicio sistere promisit sine adiectione termini illud sistat, vide glo. 5. & 6. l. 19. tit. 12. par. 5.

Et an ex quo triennio fideiussor a fideiusione liberetur & quando & in quibus, vide. d glo. 5. & 6.

Et an actoris dolus vel calumnia ipsius litigantis viciet transactionem ipso iure, glo. 8. l. 33. tit. 14. par. 5.

Actor qui ante quam finiret litem decessit an & quando actionem suam ad hæredes transmittat si ratione criminis proposita sit & ad vindictā, vide glossas l. 25. per illum tex. tit. 1. par. 7.

Actor cui pe i sibi dānū re sarciri & eius æstimatiōē quid probare teneatur & an sufficiat ipsius iuramētū sup æstimatione gl. 4. l. 18 ti. 5. p. 7.

Et qualiter dubia secundum intentionem actoris vel rei declarari debeat vide. glo. 1. l. 33. tit. 33. part. 7.

ACTVS qui sufficiant ad inducendam consuetudinem, vide glo. 2. l. 1. per text. ibi. tit. 2. par. 1.

Actus inquus non inducer consuetudinem, glo. 1. l. 3. tit. 2. p. 1.

Actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium si perfecte ab vno quoque agatur. glo. 1. l. 7. t. 14. par. 1.

Actus voluntarius debet cum consilio omnium perfici. glo. 4. l. 10. tit. 14. par. 1.

Actus nostri voluntarij non extenduntur vltra quam proferuntur, vide gl. 2. l. 7. titu. 10. par. 5.

Actus non necessarius concernens tamen causam pietatis vel simile licet vnus contradicat non impedit quicquam. glo. 4. l. 10. tit. 14. p. 1.

Actus factus eo tra iuramentum valet licet taliter facientes sint periurij. glo 5. l. 5. tit. 16. p. 1.

Actus alias reprobatus permittitur aliquando ratione publicæ vtilitatis vide glo. 3. l. 4. tit. 6. p. 3.

Actus factus me presente tacente, & consentiente inducit consensum, & tacitum mandatum. glo. 2. l. 2. tit. 18. p. 3.

Actus vicitur eo ipso quod fit contra legem prohibitiuam, & quere, vide gl. 7. in prin. ipso. l. 28. tit. 11. par 5. vbi & ponit plures limitationes ad istam regulam & quid si lex prohibeat fieri, & addat pœnam faciēti an tunc actus factus contra legem teneat & tantum agatur ad pœnam, vide d. glo. 7.

Actus si fiat contra formam a lege datam an valeat, vide ibi lem in dict. glo. 7.

Et quid si fiat contra legem vtuam prima contra principis mandatum, vide ibidem.

Actus inualidus ex defectu solennitatis positiuæ potest per principem validari secus si defectus sit iuris naturalis, vide glo. 1. l. 15. titulo. 18. par. tit. 3.

Actus viuentium bene possunt esse in suspenso & pendenti non tamen idē est dicendum in actibus morientium quod ad aliam quæst. inducit glo. 6. l. 10. ti. 31. par. 3.

Actus solus conditionis etiam in scienti rem quam conduxit esse suam an operetur dominij translationem in locatorem sine alio tit. glo. 2. l. 9. tit. 30. par. 3.

Et an ex exercitio actus quod de facili solet concedi & gratiose presente, & sciente eo ad quem pertinet acquiratur quam possessio in exercente, & an videatur vti iure suo gl. 5. l. 19. tit. 31. par. 3.

Actus geminatus & de ipsius virtute, vide per gl. 7. l. 3. per text. ibi. titulo 12. par. 5.

Actus si peccat in forma an ex eo nascatur naturalis obligatio, vide glo. 4. l. 5. tit. 12. p. 5.

Actus non viciatur licet fiat clam nisi quando extali clādestinitate aliqua fraudis præsumptio resultat, vid. gl. 1. in proemio. tit. 3. p. 4.

Actus qualiscumque sit, an vicietur ex apositione conditionis impossibilis de facto, vide glo. 4. l. 6. tit. 4. p. 4.

Actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem, vide glo. 3. l. 15. tit. 6 par. 6.

Actus voluntariæ iurisdictionis potest extra territorium exerci, vide gl. 6. col. 1. l. 4. tit. 15. p. 4.

Actus adhoc vt valeat debet prius remoueri impedimentum quod ad quæstionem adducit. glo. 6. l. 6. tit. 15. p. 4.

Actus vnus vel binus an introducat consuetudinem vide glo. 4. colū. 2. post principium. l. 3. tit. 2 6. part. 4.

Actus propter turpitudinem agentis reprobatus nulla constitutione permissi potest & requiparatur actui prohibitiuo de iure diuino, vide glo. 3. col. 3. verbo. præterea. & verbo. item actus. l. 32. tit. 9 p. 6.

Actus actiuorum sunt in patientiā bene disposito, vide glo. 3. col. 7. post principium. l. 32. tit. 9. p. 6.

Actus qui potest geri ex duplici potestate sustentabitur ex ea quæ melius valere potest gl. 4. col. 3. quæst. 2. in medio. l. 6. tit. 11. p. 6.

Actus qui est confirmatus tunc per cessationes causæ non debet eius effectus retractari, vide gl. 4. sup. d. col. 7. q. 6.

ACCVSATOR in causa criminali si inde mors sequatur est irregularis nisi antea fuerit protestatus quod non intendit, &c. vide glo. 1. l. 17. tit. 6. par. 1.

Accusator calumniator punitur similitudine supplicij vide gl. 6. l. 12. tit. 17. par. 3. & glo. 2. l. 53. tit. 18. p. 3.

Accusator secundus super eodem crimine de quo quis est per sententiam liberatus an purgetur si iuret se nescisse illum fore accusatum prius, vide glo. 27. l. 20. tit. 22. p. 3.

Accusator qui assidue intrat domum iudicis vt capiat cum eo familiaritatem an puniatur, vide glo. 1. d. 26. tit. 22. par. 3.

Accusator qui iudicem corrumpendo aliquid ei dedit amittit actionem suam quam habebat contra accusatum & an per sententiam vel ipso iure eam amittat vi le glo. 3. l. 2 6. tit. 22. par. 3.

Accusator matrimonij repellitur propter quæstum & qualiter hoc probetur, vide glo 3. per tex. ibi. l. 4. tit. 9. p. 4.

Accusator an teneatur se subscribere ad pœnam talionis, & an accusator licet expresse se non subscripsit tacite tamen videatur se subscribere, & an ista subscriptio sit in vsu. vide glo. 2. & 3. l. 13. tit. 9. p. 4.

Accusatore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Accusatores si sint plures alicuius matrimonij ad illud vnus ex eis tantū el i debet alijs exclusis, vide glo.3. per tex. ibi. l. 14. ibi.
Accusator an possit esse testis in illa causa in qua fuit electus ad accusandum, & quid in causa matrimoniali. vide dict. gl.3. d.l.14.
Accusator si deferat tantum neque suam accusationem probat, an ex hoc premium mereatur. gl.4.l.3.tit.2.par.4.
Accusator non requiritur in notorijs, & sine eo iudex procedere potest, vid. gl.7. in prologo.7. part.5.
Et an sine accusatore quis puniri possit & quando vide gloss. 2.l.1. titul. 1. part.7.
Accusator an necessario in omnibus criminibus se inscribere teneatur, vi de gloss 3.l.5. & gloss.l.2 6. tit 1 par.7.
Accusator quis esse non possit, vide per glo.l.2. per tex. ibi. titul. primo. par 12a.7.
Accusator an ad tertiam accusationem admittatur si alias duas fecit, & quando vide gl.10. dict.l.2.
Accusator idoneus an sit ille, qui decrimine accusatus fuit pendente sua accusatione, vi d. gl.4. & 5.l.4. tit.1. par.7. per tex. ibi.
Et an tunc cum reaccusare non possit implorare possit iudicis officium vt crimen puniatur, vide. d. glo.3. ad fin.
Et quid si pro sequitur suā vel suorum iniuriam, & an tunc propter hoc super sedeatur in prima accusatione, vi. gl.6. d.l.4. per tex. ibi.
Accusator an esse possit accusatus, & iam dānatus de aliquo crimine, & quem accusare non possit, vid. gl.8. d.l.4.
Et an accusationem iam ceptam prosequi possit per se vel procuratorem vid. gl.9. d.l.4.
Et an tunc supersedebitur in executione pœnæ, vide. ibi.
Accusator si non probet delictum an excusetur ratione officij, & quando, & quid in denuntiatore. vi. gl.5.l.6. & gl.4.l.5. ibi.
Et an plures possint vnum de vno & eodem delicto accusare, & quando & alia in ista materia, vid. gl.2. cum sequentibus. tit.1. par.7.
Et quæ sint causæ quando vnus accusator potius quam alius admittatur ad accusandum quando plures concurrunt, vid. ib gl.2.
Et an electo vno ex accusatoribus cæteri qui repulsi fuerunt possint esse testes in illa causa, vi. d. gl.3.
Accusator an ab accusato vel ab alio possit de alio crimine accusari, vid. ibi glo.4. & gl 5.l.4. ibi.
Accusator qualiter suam accusationem proponere debeat, & an iurei & se nominare teneatur, & quæ ibidem narrare debe, vide glo.l.14. tit. 1 partita.7.
Accusator non est in vsu quod se subscribat ad pœnam talionis, & an te neatur dare fideiussorem de pro sequenda accusatione, vide gloll 8. d. l.14.
Accusator coram quo iudice criminaliter accusare possit aliquem, & quā do gl.l.15. ibi.
Accusator si non compareat post quam reus citatus venit qualiter eius contumatia debet in crepari & in quo puniatur & quando & quid iudex facere debeat & alia plura in hoc vid. per glossas. l.17. per illum tex. titul.1. par.7.
Accusator etiam si non compareat in termino præfixo accusato, debet tamen citari vid. gl.4.l.17. per tex. ibi tit. 1. part.7.
Et qualiter tunc, accusator citari debeat vi. ibi. in gl 5.
Et qualiter incidat in penam turpiliani si postea non compareat vid. ibi. gloss. 3. & gl.9. per illum tex.
Accusator an, & quando possit per abolitionem ab accusatione desistere, & an recepta pecunia & cum causæ cognitione vid. gl.l.19. per tex. ibi. tit.1. par.7.
Et intra quantum tempus istud facere & quando non vid. ibi. glo.4. cum sequentibus.
Et quid si accusator vellit desistere ante litem contestatam vel post publi cationem vid. gl.4. ibi. in fi.
Et quid si testes fuerint iam torti an ad abolitionem, de venire possit etiā eis consentientibus vid. ibi glo.5.
Accusator de falsa moneta licet non probet non punitur, & quare, & quando sic, vid. gl.1.l.20. ibi. per illum text.
Accusator si sit hæres testatoris & non probet accusatum testatorem occisile, an propter hoc incidat in pœnam vid. gl.2.l.21 ibi.
Accusator si cum accusatore transegerit super crimine an trāsactio teneat & plura in hoc, vid. gl.l.22. ibi per illum text.
Accusator si decedat an instantia pereat vel an eius hæredes accusationē pro sequere teneantur, vid. gl.l.23. ti.1. par.7.
Accusator alicuius de aliquo crimine si lite contestata decedat an & quā do, & in quibus delictis instātia ad hæredes ipsius vel accusati transeat & in quibus actionibus & pro qua parte & quid si pœna veniebat ap plicanda fisco. vid. glo.1. cum aliis ibi.l.2 5. per illum tex. tit.1. par.7.
Et quid filius fuit cepta per solam citationem vel si reus fuit contumax, nō habens causam non veniendi, vid. gloss.2. ibi.
Et quid si lite contestata pacto contrahentium fuit, a lite recessum, an tūc actio penalis sit ad hæredes transitoria vid. ibi gl.2.
Et quid si fideiussor de e lar an eius hæredes teneantur, vi. gl.4.d.l.5. & qualiter hæredes teneantur tunc vi. ibidem in gloss.7.
Accusator si non probet delictum an & quando incidat in pœnam talionis, & quando non vi gl.10. cum sequentibus. l.26. per tex. ibi. titulo par.7.
Accusator & denuncians in quo differant inter se vi. gloss.2.l.17. titulo par. 12a.7.
Et an primum quod datur accusatori ex forma statuti illud denuncia debeatur vi. d gl.2.
Accusator quæ falsam accusationem proponit an puniatur de falso gl.10.l.7. tit.9. par.7.
Accusator an debeat esse præsens quando reus torquetur vi. glo. 6. l. 30. par.7.
ACCVSARE non tenetur ille qui scit aliquem commisisse delictum aliquod si illud probare non possit, & quid in crimine læsæ maiestatis vid. gl.2.l.13. tit. 6. par.1.
Accusare an & quando quis compellatur per iudicem & quid in filio lente patris occisores accusare vi. gl.1.l.46. tit.2. par.1.
Accusare an possit affinis de iniuria affinis vi. gl 5.l.5. tit.6. par.4.
Accusare non potest matrimonium propter adulterium alius præter ipsi coniuges vid. gl. per tex. ibi. in l.2. tit.9. par.4.
Et an in tali accusatione licet ciuiliter sit mota debet obseruari for libellorum ff. de accusationibus vi. ibidem in glo.3.
Accusare debet vxoris adulterium maritus alias peccat mortaliter quando dicetur quis patronus turpitudinis, vide gl.5.6. & 7.l.2. titu partita 4.
Accusare potest vxor maritum de adulterio quoad thori, separationem tantum, vi. gl.12.l.2. tit.9. par.4.
Accusare matrimonium non potest existens in peccato mortale vel ob hoc aliquid recepit vi gl.2. & 3.l.4. tit.9. par.4.
Et qualiter istud probetur vi. ibidem, quod procedet iudice ex officio repellente ibi gloss.5.
Accusare an possit matrimonium ille qui cum præsens esset intra tempus noluit impedimentum quod ipse sciebat denuntiare gl.2. & 3.l.4. tit. 9. par.4.
Accusare potest matrimonium aliquis etiam post terminum si adhuc fuit contractum ibi gl.4.
